

habes? Hanc blasphemiam pro quanto sibi ut homini irrogatur, patienter tolerans, iam ipsa patientia ostendit se demonium non habere. Non enim est demonium habentis, secundum Grego. in iniuriis tantam monstrare mansuetudinem, & animum imperturbatum. Pro quanto verò hæc iniuria patris honori detrahebatur, diligens excusabat. Quarto ratione se ostendens demonium non habere. Tum quia honorificauit patrem, omnia in ipsum referendo, quæ demon blasphematur. Tum quia gloriam suam non quæruit, quæ diaboli superbiſſimè iniuste quæſiuit. Tum quia pater eum glorificauit in baptismo. Tum quia pater blasphemiam suam iudicabit, sed non habes demonium, in excidio Hierusalem. Ex quibus rationibus conclusionem primam repetit dicens, quia demonium non habeo, ideo honorifico patrem in me, manente Ideo fideliter dico vobis. Si quis sermonem meum serauerit, non videbit mortem in æternum, quonia ex Deo est, qui est vita, licet temporaliter morietur.

DOMINICA IUDICA

Sermo II. in ordine.

XXXIII.

TVLERVNT ergo lapides ut iacerent in eum. Ioa. 8.

Desiderata nobis dilectissimi, & vniuerso mundo optabilis adest commemoratio dominicæ passionis, quam in salutem humani generis ante repositam æternaliter dispositam, & per multas figurarum significationes, ac prophetarum oracula, omnibus retrò seculis nunciatam, non adhuc expectamus manifestandam, sed adoramus impletam, concurrentibus ad nostram eruditionem non uis testimonis, & antiquis. Ea propter euigilet omnis christiani hominis animus, & salutis nostre sacramenta per tempus huiusmodi goderetur, quæ dominicæ commemoratæ passioni sancta mater ecclesia dedicauit, ruminet suo creatori cõpatiendõ. Quis enim tam irreſiſiſus, qui non cõpungatur? ait Bern. Quis tam delitiosus ut non

abstineat? Quis tam insolens qui non humilietur? Quis tam flagitiosus ut non peniteat his diebus? Quoniam adest passio domini usque hodie terram mouens, petras scindens, aperiens monumenta. Et sicut nihil in hoc mundo poterat melius fieri, quæ a domino factum est his diebus, ita nihil utilius poterat mundo commendari, quam ut ritu perpetuo singulis annis celebretur memoriale eius ecclesia in desiderio cordis in qua est omnis nostre salutis fructus, & vita spiritalis: sicut Petrus ait. Christus semel pro peccatis mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, uiuificatus autem spiritu. Sequitur. Deglutiens mortem pro uitæ æternæ hæredes efficeretur. Quæ uis autem Christi passio in die sancta ueneris consummata est, tamen per duas hebdomadas colit ecclesia, quia tantæ rei commemorationi minus sunt dies pauci. Tum quia his diebus crucifixerunt Iudæi Christum consilio, occasione, & conuicio: Nam teste Ioanne. Collectedo consilio post Lazari resuscitationem iam concluderunt dominum esse interficiendum, quod heri putatur factum. Ab illo ergo die cogitauerunt (operam dâdo) ut interficerent eum. Ideo & mandatum dederunt, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum Ioa. 11. Nec tamen perficere poterant donec ipse uellet. Non enim necessitate, sed sua misericordie uoluntate cuncta pro nobis sustinuit tormenta: Crucem elegit in qua mori uoluit in publico, ut exaltatus omnia traheret ad seipsum. Lapidibus obrui noluit, sed euasit manus in terrefactorum, qui tulerunt lapides ut iacerent in eum. Pro gratia Aue Maria. Primo recitabitur euangelium, interpositis paucis pro clariori intellectu. Secundo ex eodem doctrinæ aliqua elicientur.

Circa primum est aduertendum quod mortis Christi causa proxima in Christo fuit innocencia, & prædicationis ueritas. In Iudæis, odium & infidelitas. Principes enim iudeorum, scribæ, & pharisæi populum simplicem multipliciter